

## **Acta sanctorum**

quotquot toto orbe coluntur, vel a catholicis scriptoribus celebrantur, quae  
ex Latinis et Græcis, aliarumque gentium antiquis monumentis

Quo dies octavus et nonus continentur

**Bolland, Johannes**

**Parisiis et Romae, 1865 [erschienen] 1866**

Caput Unicum. Dionysii conversio, ordinatio ad episcopatum, Romam  
profectio, discessus in Galliam, martyrium.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72229](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72229)

AUCTORE  
C. B.

*beatur, fuisse enimvero Sanctum jam inde a primis æræ Christianæ seculis, imo etiam haud diu post gloriōsum martyrium veneratio ecclæstica in Græca saltem ecclesia affectum, indubitatum apparet. Porro, quod cultus Dionysio Athenis nominatim etiam antiquitus delati, indicum est minime dubium, Ruderis templi, Dionysio Areopagita ibidem olim dedicati, anno 1676, ut Jacobus Spon in suo Italiæ, Dalmatia etc. Itinerario tom. 2 testatur, adhuc cernebantur. Nec, quin Sanctus in Occidente quoque particulari veneratione et antiquitus fuerit gavisum, et hodie adhuc gaudet, Latinorum jam laudati, quibus insertus exstal, Fasti sacri, eaque, quæ de ejus reliquis infra dissenserunt, dubitare sinunt; ut plura de isthac argumento hic proferre necesse non sit.*

B

ACTA FABULOSA *a*,

S. DIONYSIO AREOPAGITÆ AFFICTA,

Auctore Anonymo,

*E codice nostro Fuldeni QMS. 5  
cum quinque aliis MSS. collato.*

## CAPUT UNICUM.

*Dionysii conversio, ordinatio ad episcopatum, Romanam profectio, discessus in Galliam, martyrium.*

C

*Nerone Romani impiorum habendas tenente, Petrus Apostolus al. omittitur sese*

*b*

*Post beatam et gloriosam resurrectionem Domini nostri, qua verum Dei templum Iudaica impiate resolutum divina potentia sese \* in triduo suscitavit b et caro humilitatis nostræ in Christo supra omnem cœli militiam, supra omnes ordines angelorum ad Dei Patris est proiecta concessum et decima post die Apostolorum pectoribus Spiritus est Sanctus illapsus, ut ligandi solvendique acciperent potestatem, atque sic per ipsos in cunctos Ecclesie principes decreti hujus constitutio commeavit, anno ab urbe condita octingentesimo octavo Nero caesus quintus ab Augusto adeptus est principatum. Beatus itaque Petrus Apostolus, cum reliqui Apostoli, distributis sibi terrarum partibus, imbwendum omni creature Euangeliū suscepissent, ipse ad arcem Romani divinitus imperii destinatur, ut, qui primus erat in ordine potestatis, primus esset in certamine passionis et quæ civitas majoribus obligabatur erroribus, majoribus necesse erat remediis adtolleretur, et ubi erat culpa gravior, ibi esset et gratia major.*

*2 Namque, ut dictum est, cum impliissi-*

*mus Nero terræ marique imperii sui jura laxasset et furor crudelitatis ejus dira rabie in Christi famulos ebullisset, xiii crudelissime imperii sui anno per trophaeum martyrii dignos transmisit ad Superos c. Namque, priusquam beatus Petrus per triumphum martyrii evolasset ad cœlos, beato Clementi hanc potestatem tradidit dicens: Sicut a Domino meo Jesu Christo ligandi solvendique mihi est indulta potestas, ita tibi hande potestatem tuisque successoribus aeterno confero dono, ut quæque ligaveritis in terris, ligata sint et in cœlis, et quæcumque solveritis in terris, soluta valeant esse et in astris. Hac potestate ditatum successorem Ecclesiæ perfectum antistitem et dignum reliquid \* heredem d. His ita de ordine temporum et Apostolicis potestatis breviter recensitis, ad beatissimi viri Dionisii certamina narraturus accedam.*

*3 Ut superius jam de ordine temporum pauca digessimus, post Jesu Christi Domini nostri gloriosam ascensionem, cum beatus Paulus apostolus per gratiam sancti Spiritus a errore infidelitatis ad viam salutis regressus fidem, quam ante expugnaverat, perfecta postmodum religione sequeretur, ac cum secundum dominica instituta vas electionis esset in gentibus et Christi nomen ignotis populis prædicaret, advenit Athenis ibique sanctum virum Dionisium gentibus inveniens erroribus implicatum, ad viam salutis convertit e et sacri baptismatis unda renatum divinis eum illico sanctonibus informavit f; cumque jam tribulorum atque spinarum squalorem ex ejus pectori sancti Spiritus gratia funditus pepulisset, et pulchrum germen novæ segetis pulcher attolleret ager, divini Verbi semina rudibus coepit mentibus erogare; cumque jam caelestibus cotidie Christi miles desideris astuaret, superna se ubiquè gratia præeunte, dum rura pontica sulcaturus ingreditur, Romam celitus Domini dilectus aggreditur; qui, ut superius dictum est, beatum Clementem apostolica inveniens præditum potestate ab eo est continuo digno cum honore susceptus.*

*4 Per idem tempus cum beatus vir Dionisius beatissimi Clementis cotidie vestigis adhaeret et apostolicis sanctionibus se omnimodis traderet imbuendum, maximum apud beatum Clementem pro sanctitatis sua reverentia locum continuo coepit venerationis habere et magnam apud eum familiaritatis gratiam obtinere. Sed cum jam Dominus omnipotens beatissimi viri Dionisii vitam disponeret in exemplo omnibus declarare, contigit Philippum Hispania episcopum emigrare de mundo g: tum beatus Clemens sanctum Dionisium episcopum ornavit et potestatem, quam a beato Petro acceperat, ei tradidit dicens: Vade in partibus Occidentis prædicare Euangeliū regni caelestis et ligandi solvendique tibi sit concessa potestas, ut Christi Euangeliū per te longe lateque diffusum \* illud a Domino cum fideli servo merearis audire: Euge serve bone et fidelis, super pauca fuisti fidelis: supra multa te constitutam. Intra in gaudium Domini tui. Sociosque ei Saturninum h Marcellum, Lucianum i adhibuit, ut in ore duorum vel trium testimoni Christiana religio ignotis partibus tra deretur.*

*5 Qui cum simul pervenissent pergentes ad portum Arelatensem civitatis, sanctus Dionisius Marcellum in Hispaniam destinavit k, ut verbum vite Christi Ecclesiæ ministraret. Sanctus igitur*

*Roma martyrio corona  
tus fuit cum  
Paulo,*

*\* al. reliquit.*

*qui antea  
Athens ad  
Christi fidem  
Dionysium  
convertebat,*

*E*

*Hic postea  
Romam pro  
fectus, ad  
Occidentem  
inde cum ali  
quot sociis a  
S. Clemente  
Popa mittitur*

*F*

*\* al. Christi  
Euangeli  
per te longe  
lateque dif  
fuso,*

*h**i*

*Marcellino-  
que ex his  
in Hispaniam ac Sa-  
turnino in Aquitaniam  
missis, ipse  
Parisios adit,*

*ibidemque,  
Luciano  
Bellonacum  
missus, cum  
Rustico et  
Eleutherio  
fidei plan-  
tandis dat  
operam.*

*al. rudem  
populum  
al. omitti-  
tur eos  
Verum rei  
latus Dio-  
nysiusque  
sanctitatis  
fama longe  
lateque dif-  
fusa,*

*Domitianus  
imperator  
apparatores,  
qui sanctum  
Virum ag-  
prediantur,  
in Gallium  
mittit,  
n o*

tur Dionisius Sancti Spiritus calore successus et Apostolica praeditus potestate, quinque a beato Clemente divini verbi semina gentibus suscepserat erganda, non ferocitatem incredula reputans gentis, nec trucibus populis cunctatur insistere predicator; sed beatissimi principis Apostolorum informatus exemplo, qui Romanis fuerat poenit atrociibus datus, ubi apud Gallias amplius gentilitatis ferre cognovit errorem, illuc divina protectione munitus fortis se et verus praetor immersit, ut, qui meruerat esse confessor, prefectus fieri non cunctaretur et martyr l. Aquitanie namque partibus sancto Saturnino directo, ipse cum sancto Luciano, sancto Rustico et sancto Eleutherio Parisius adierat.

6 Sanctum namque Lucianum presbyterii honore perfunctum ad Belvacensem dirigit urbem, ut ipse pari modo incredulis populis Euangelium veritatis inferret; ipse vero sanctus Dionisius Parisius remanebat; que civitas, quamvis parva, gentilium tamen erat erroribus et squalore foeda. Nam licet magnis esset paganorum fecibus involuta, secunda tamen terris, arboribus nemorosa, vineis uberrima ac referta, pollebat commerciis trapazetarum m; quae, Sequanu vallata perplexa, et copiam piscium alvei sui civibus unda ministrat et non parvum muris noscitur prestatore munimen ipsumque insulari potius quam urbis spatium latitum sui unda concludit. Hunc ergo lucem cum Dei famulus expetisset fidei armatus constantia, Dei se omnipotentis ubicue auxilio comitate, ecclesiam ibidem juxta virium suarum virtutem, ut novus adhuc advena poterat, Domini nostri Iesu Christi in honorem construxit, ut rufus populus \* qui veritate erat Evangelii inbuendus, Sancti eos \* illic lavaci unda respergeret.

7 Cumque beatissimus Vir die noctuque doctrinis insisteret pietatis et Christi populum de antiqui hostis fauicibus liberaret, ut, quos subtrahebat mundo, dignos transmiseret celo, fama se sanctitatis ejus longe lateque diffudit, atque jam non modica populorum turba dignum se gloriabatur praesulem habere, sieque factum est, ut sacerdotum gradus divinis ministeris dispensaret aptundos probatasque personas et dignas meritis suis ordinibus ampliaret. Sed Dominus noster Jesus Christus, qui beatissimi viri

C Dionisii jam non patiebatur famam exalari, ut posita super candelabrum lucerna incredulis mentibus lucis sue radios ministraret, tantas per illum dignabatur exercere virtutes, ut rebellum corda gentilium, non minus prædicationibus quam ipsis virtutibus cotidie roboret.

8 Per idem vero tempus, quo talia gereguntur, sancti Viri praecomum longe se lateque diffudit in tantum, ut Domiciani, qui secundam in Christianos post Neronem persecutionem exercuit n, vulgi relatione perveniret ad aulam o; qui in tanta rabie indignationis exarsit, ut, ubiquecumque Christianum quemplam peperisset, aut dies sacrificaret incestis aut diversis poenis adductus puniendas gladio tradiceret. His itaque legibus subditis sibi natione arcens magna Christi famulis persecutio influebat, nulla jam pro Christo certantibus præsentis vita indulgebatur tranquillitas, nulla sanctorum Martyrum erat excusata libertas, sed omnes impium servantes edictum, quod statutum a cesare fuerat, transgredi nullatenus audebat. Nam electam apparitionem cum in-

genti strepitu partibus dirigit Occidentis, ut sanctum virum Dionisium perquirentes aut decreta principis observaret aut poenis laceratus immensis capite plecteretur p.

A. ANONYMO.

*p  
hique Par-  
tios, ubi Dio-  
nisium Eu-  
angelium an-  
nuntiantem  
inveniunt, se-  
se accingunt.*

9 Itaque cum decreta principis apparitores suscepissent, Galliarum penetrant fines, qua illico beati eis Vir celebre nomen innotuit, sieque, ut eis fuerat imperatum, veloci cursu, tumentibus animis, vultibus trucidissimis Parisium adierunt. Sanctum vero Dionisium contra perfidos inveniunt dimicant et prædicatione continua vulgi multitudinem ad fidem inveniunt jam vocantem; cum quo etiam beatum virum Rusticum presbyterum et Eleutherium archidiaconum q, quos ipse beatus Vir in suis ordinibus consecraret, prædicationis ejus socios et discipulos persecutorum dirus furor invenit. Hi sancti Viri a beati Dionisi numquam patiebantur abesse præsentialia; quos divina pietas aeterni regni jam prescriebat esse consortes: gaudebat sane plus Pater in duorum profectibus filiorum, cum et digni filii Patris sarcinam spiritualibus humeris levigarent, ut, one re carnis abjecto, ad purum valenter aetheris volare E fulgorem.

10 Persecutionis ergo publicata sententia, impiorum gaudens turba progreditur et contra Dei famulos pugnatura conspirat, miroque modo inermibus viris non valebat plebs armata resistere. Tunc antiquus hostis videns sibi periire, quod Domino constabat vivere et assidua populorum conversione proficere, totam artis sue calliditatem ad impugnanda, quae fuerant constructa, convertit, ut eos, qui unum et verum Deum sancti Baptismatis jam unda respersi crederent, diversa supplicia multarent. Sed sancti Viri, Christi confessores et martyres, impiorum latribus vi sancta prædicationis et cum magnis virtutibus obviantes, nullo metu territi reproborum, Christi Ecclesiam nova cotidie fæcunditate ditabant, cumque Ecclesia, prædicatorum suorum meritis et ore fundata, quamvis in turbines procellasque lictorum per timendas, cresceret et augeretur, ipsa etiam Germanie ferox immanitas, subacta cordis coniunctione, colla sua jam Christi jugo domita gaudebat r.

11 Ab ipsis denique destruebantur idola, quorum sumptu fuerant et studio fabricata, et, portu salutis invento, idolorum gaudebant perire naufragia. Lugebat tunc portio victa diaboli, cum de ea victrix Ecclesia legio triumpharet; F cumque talia gererentur, furore atrocissimo ministri crudelitatis accensi unus ex his sanctum virum Dionisium cum magna cordis severitate alloquitur dicens: Tune es ille infandissimus sex, qui deorum nostrorum culturam evacus, et invictissimi principis statuta contempnis? Dic ergo, cuius te asseris cultorem, aut quam confessionem tuæ diciōni \* ascribis? Tunc hil- tres al. condi- C. Dionysius ac socii oppo- nunt, r

12 Confitemur Patrem et Filium et Spiritum sanctum, Patrem ingenitum, Filium a solo Patre genitum, Spiritum sanctum ab utroque procedentem. Ad haec impius persecutor Beatos interrogat: Ergo præcipuum a vobis jussa liberrime confessi mor- te officiuntur,

contempnuntur,

A ANONYMO. contempnuntur, et vestra confessio invictissimorum deorum jura respuit? Sancti, ut superius, unanimiter respondentes dixerunt: Ut praefati sumus, Christum Dei Filium natum ex Maria Virgine, quem cunctis populis certa prouuntiam audacia, et credimus et confitemur et ore non desistimus conlaudare. In hac sanctos Viros fidei constantia permanentes sevi lictores longo non spatio differentes, felicia collo pro fide Christi submissa persecutoris mucro truncavit, reddentes terra corpora beatas caelo animas intulere f. Namque ad ostendendas divine pietate martyribus suis collatam victoriam, cum a corporibus abscisa capita viderentur, eorum, ut poterant, linguae Dominum fatebantur. O vere beata nimium et Deo nostro grata societas!

Dionysique  
amputatum  
sibi caput  
prodigiose  
manibus  
tum portan-  
tante.

\* al. gloria  
ipsius pate-  
ret trium-  
phus

\* al. boni-  
nam jam  
mortuum  
Rustici et  
Eleutherii  
corpora in  
Sequanam  
projicere  
ethnici me-  
ditantur. Ve-  
rum matro-  
na.

x  
nomine Ca-  
tula ogyne,  
clan asfe-  
runtur ac  
abscondun-  
tur;  
\* al. sexto

y  
jussa completes festinanter, quod eis precep-  
tum fuerat, exequuntur. O furtum laudabile,  
quod cuiquam non intulit damnum, sed ma-  
gis omnibus beatum contulit lucrum! Cum-

13 O sancta et vere laudanda fraternitas, inter quos nec primus aut secundus potuit esse nec tertius, sed sanctae Trinitatis gloriam confitentes uno amplius ab urbe miliario parvo in monticulo t. trino meruerunt martyrio consecrari! Jacobant denique in vertice montis, abscisis capitibus, corpora pretiosa, implebaturque in martyribus Christi, quod olim propheta predixerat ad futurum, ut in conspectu Domini pretiosae permanenter mortes justorum, namque ad declaraenda martyris et sacerdotis primi merita gloriosa, ut, per quam salutifer primo cooperaret fructus oriri, eo amplius gloria ipsius pariter et triumphus \*, beatissimi se Dionisi et pontificis venerandi sanctum exanime cadaver erexit beataque manu caput a corpore abscisum, lictoris ense truncatum pendulum coepit brachii vecti-  
tare atque ab illo monte cacumine duobus fere milibus firmis gressibus apportavit u. novo et prius inaudito miraculo, exanime corpus viventis currere more et homo jam mortuus \* firmis incedere plantis.

14 Beatorum igitur Rustici et Eleutherii, me-  
tuentes impii, ne conversi populi fidelissima probataque devotione corpora profutura sibi ad patrocinium tumulata consecrarent, inito consilio, imposita navibus in profundissimo decre-  
verunt gurgite dimergi; sed Dominus omnipotens, bonus et justus et misericors, qui misericordiam suam humano generi numquam negavit, qui Pharaonis consilium rubri maris unda submersit, et Holofernis ictu femineo colla truncavit, ipse impudentem consilium misericordiae sua arte destruxit, ut preclara duo luminaria non gurgitis unda submergeret, sed Christi haberet fortes Ecclesia bellatores. Nam matrona quedam, Catulla nomine, quæ, licet paganorum adhuc erroribus teneretur addicta, converti tamen ad fidem Christi per exempla martyrum se desiderare et mente monstrabit et opere, Dei ergo misericordia inspiravit, mactæ virtutis consilium appetivit atque ad convivium venire postulat percussores; cumque eis copiam allatae humanitatis expendit, a memoria eorum, quæ suscepserant agenda, discussit x.

15 Denique fidelibus suis archana sui pecto-  
ris reseravit, ut subtracta furto preciosa corpo-  
ra Martyrum beatorum in seco \* procul ab urbe memorato lapide in agello, quem segeti pa-  
raverat affuturum, latenter absconderent y: qui  
jussa completes festinanter, quod eis precep-  
tum fuerat, exequuntur. O furtum laudabile,  
quod cuiquam non intulit damnum, sed ma-  
gis omnibus beatum contulit lucrum! Cum-

que, ut moris est, sationis suæ segetum sacra-  
tus produceret ager, ita beatorum Martyrum  
est ubertate ditatus, ut et centuplicatum fru-  
ctum cultores acquirerent, et patriæ mererentur  
salutem et magnum thesaurum posteris conse-  
carentz.

16 Prædicta itaque mater-familias horum non  
immemor Martyrum sacratorum, cum primum  
persecutionis videret tepuisse servorem, locum  
sanctorum Martyrum ossa servantem omni solli-  
citidine requisivit atque inventum ingentis mau-  
solei constructione signavit; quam venerabilem  
feminam non immerito credimus sine dubio sanctis.  
Martyribus adhaesisse, quia nisi eam Red-  
emptor omnium ad agnitionem sui nominis ve-  
nire voluisse, nequaquam pectori ejus consilium  
tanta pietatis infunderet. Namque absque ulla  
ambiguitate confidimus, \* ut, que beatorum Mar-  
tyrum ossa servavit, eorum intercessionibus ad  
fidei pertingeret \* veritatem. Christianorum igitur  
turba quam plurima, que beatorum Martyrum  
fuerat admonitione conversa, omni nisu atque co-  
natu, quaque vi poterat, omni cum devotione  
summoque cum studio super sanctorum Marty-  
rum beata cadavera ecclesiam construes in san-  
ctæ gloriam Trinitatis trino numero dignis cum E  
aromatibus humaverunt aa; ad quorum digna  
corpora, Dei omnipotentis opitulante clementia,  
cotidie virtutum insignis declarantur.

17 Quis etenim sermo vel quæ lingua tan-  
torum Martyrum sufficiat enarrare virtutes,  
quando nec ipsis queunt humanis mentibus re-  
tineri? Infirmis salus, debilibus gressus, cecis  
visus, surdis auditus et mutis redditur sermo;  
immundi spiritus ab obcessis corporibus expel-  
luntur, et pia vota felici exauditione pingue-  
scunt. Nos ipsis, quamvis imberbitos, eorum  
credimus sacris precibus adjuvandos, qui ut he-  
betes et indigni eorum vobis vobis seriem passionis  
presumpsimus intimare, non ex nostri ingenii  
capacitate aut proprii sensus industria, sed quod  
veterum fidelium nobis relatione patuit, et,  
quod \* ex parte in quibusdam paginulis vetera-  
nis, pauca, ut potius, longo spatio interlita

al. que

F simus siem,  
unde a se  
scripta ha-  
serit, decla-  
rat.

I subrep-  
te

bb

cc

18 Nam sicut majorum cognovimus colloquio  
peritorum timentium Deum et studio sanctæ  
charitatis ardentium, multa de beatorum virorum  
præclaro certamine ad laudem Christi et gloriam  
Martyrum ob memoriam posteriorum sacris stu-  
duerunt indere cartis, sed subripiente \* negligentia  
et antiqui procurante hostis invidia, flamma-  
rum incendio feruntur esse consumpta. bb. Nam  
humanarum mentium solers capacitas ex paucis,  
qua dicta sunt, valet pensare, qua reticentur  
majora. Hoc tamen absque ulla dubitatione confidimus,  
multa eos pro Christo subisse certamina,  
quando usque ad præsens tanta per eos di-  
vina virtus cotidie dignatur declarare miracula.  
Passi sunt autem martyres Christi Dionysius,  
Rusticus et Eleutherius vii Id. Octobris sub Domitiano imperatore apud Galliarum Parisium ci-  
vitatem cc, regnante Domino nostro Iesu Christo,  
qui cum Patre et Spiritu Sancto vivit et re-  
gnat.

#### ANNOTATA.

a Cum Dionysii Areopagite, quæ hic præ-  
mitto, Acta in omnibus fere, si quæ de Dionysii  
conversione commemorant, exceperis, commen-  
titia

A *tibia* (adi § 2 Commentarium prævium) et fabulosa certo sint, imo ab auctore, qui seculo VIII medio recentior aut certe non antiquior, Dionysius Areopagitam cum Dionysio Parisensi confudit, partim ex iis, quæ horum Dionysiorum priori, partim ex iis quæ eorumdem posteriori utcumque convenientiunt, fuerint conflata ex uni Dionysio Areopagita affecta, enimvero exiguum admodum in pretio, ut in Commentario prævio jam docui sunt habenda. Hinc certe, ut luce publica, qua haec tenus caruerunt, ea donarem, commissurus non fuisset, nisi ad id hanc ponderis exigui, quas in Commentario prævio num. 96 adduxi, rationes me impulserunt.

B *b* Lectio Breviarii Romani quarta, in die Ascensionis Domini et S. Leonis Papæ in eamdem Domini Ascensionem sermone primo legi in Officio ecclesiastico solita, ita inchoatur: Post beatam et gloriosam Resurrectionem Domini nostri Jesu Christi, qua verum Dei templum Iudaica impietate resolutum, divina in triduo potentia suscitavit, quadragenarius hodie, dilectissimi, sanctorum dierum expletus est numerus; cum autem tota fere, quam verba hæc constituant, periodus Actorum Sancti nostri initium faciant, hoc illorum auctor vel et laudato Leonis Papæ sermone vel et scripto, in quo ex hoc præfatum initium promanarat, verosimillime, ne dicam, indubie, accepere. Quod cum ita sit, nec facile futurum fuisse videatur, ut scriptor, qui Dionysii Passionem, a Metrodoro (adi § 4 Commentarium prævium) Græce conscriptam atque a Lansselio et Corderio editam, in lingua Latinam convertisset, Graeca isthac, quæ Passionis dictæ initio ponuntur, verba, Μετὰ την μαχαιρίαν καὶ ἐνδοστάτην ἀνάτασιν τοι Κυρίου καὶ Θεοῦ ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ τὴν τοῦ ἀληθινοῦ Θεοῦ ἀνδρικοῦ αὐτοῦ ρωσὸν ὑπὲποιησάντας πάλαινοις, διὸ εἰπε, διάλυσαν, καθὼς τῇ ἑαυτῷ θεῖξ ἔσοντις τριήμερος ἐν νερῷ ἐγένετο. Latine, adhibitis, quæ proxime recitari, Leonis Papæ verbis, reddidisset, id enimvero, Passionem præfatum Græcam et Latinis hic a nobis editis Actis, non hæc ex illa per interpretationem (illarum enim lucubrationum alterutra indubie, uti in Commentario prævio num. 66 jam docui, ea altera est prognata) promanasse, argumento etiam est.

C *c* Mutilus est hic sensus, vocabulis aliquot amanuensium oscilantia omisssis. Codices nostri P Ms. 155 et O Ms. 19 melius legunt: Quarto decimo crudelissimi imperii sui anno beatum Petrum et Paulum felici cruro dampnatos per tropheum martyrii dignos transmisit (Nero scilicet) ad superos. Verum tam in dictis binis codicibus nostris Ms., quam in codice Fuldensi sanctum Apostolorum Petri et Pauli martyrium quarto decimo imperii Neronis anno perperam innectitur, ut liquet ex iis, quæ apud nos ad xxix Junii diem in prævio de SS. Petro et Paulo Commentario num. 17 et 18 dicta sunt.

d Adi hac de re Operis nostri tom. 5 Junii pag. 427 num. 8 et pag. 428 in Annotatis ad tit. e.

e Id anno circiter 49, uti in Commentario prævio num. 301 docui, evenit.

f Quæ huc usque Auctorum auctor de Dionysii conversione dixit, veritati, utpote et in Scriptura sacra fundata, indubie sunt consona; verum quæ deinceps de Sancto nostro commemorat, nequitiam in hunc quadrant, sunque adeo omni dubio procul a veritate aliena.

Octobris Tomus IV.

g Philippus isthic, non, uti hic narratur, diem A. ANONYMO. extreum, cum Dionysius Romam ad Clementem Papam venit, in Hispanis clausisse, sed eo pri-  
mum tunc a Clemente missus fuisse in Græca Dionysii apud Corderium Passione, a Metrodoro elucubrata, asseritur; verum hinc consectarium non est, ut hæc e Latinis, quæ hic damus Actis, non promanaret. Commentarium prævium num. 70 et seq. consule.

h Hic indubie designatur Saturninus martyr, primus Tolosanus episcopus, qui ad xxix Novembris diem Martyrologio Romano existat insertus; verum is non seculo primo, cum Ecclesiae Clemens præcesset, sed, quemadmodum et sinceris et selectis illius Actis, a Ruinartio editis, constat, seculo dumem tertio, Decio et Grato consulibus, in Gallias venit; ut perperam certe a Clemente eo missus fuisse in afflictis Sancto nostro Actis hic narretur.

i Ad octavam Januarii diem, qua in Martyrologio Romano Lucianus signatur, de sancto hoc martyre Bellovacensique in Galliis episcopo actum apud nos jam est, satisque indicatum, opinionem, quæ illum sub Maximiano et Dio-  
cletiano imperatoribus martyrium subiisse, sta-  
tuit, longe esse probabilem altera, quæ Sanctum illum ejusdemque martyrium ad seculum  
1 refert.

k Ita etiam is, quem e sociis, Rome sibi ad-  
junctis; Arelate in Hispaniam Dionysius mi-  
ssus fertur, in hujus Sancti nostri apud Corde-  
rium Passione, a Metrodoro contexta, appella-  
tur, uti etiam in ejusdem Passione altera,  
quam, veluti a S. Methodio conscriptam, Chif-  
fletius vulgarit; Hilduinus autem, qui verosimilime non prius, quam cum jam Metrodori de Sancto nostro lucubratio, alleraque, quam Meth-  
odio Chiffletius adscribit, fuissent contextæ,  
conscriptis Dionysii Actis manum admovit,  
nomine illius, qui a Dionysio in Hispaniam mis-  
sus fuerit, non expresso, sequentia isthac dum-  
taxat de argomento illo num. 19 et seq. suppos-  
dit: Socios quoque ei et comministros (Cle-  
mens Papa) verbi plures et probatos viros ad-  
hibuit.... Qui simul properantes et circumcie-  
ra Dominum predicantes appulerunt portui Arelatensis civitatis, et exinde quibusdam in  
partes necessarias, prout ei visum fuerat, desti-  
natis, idem macarius Dionysius... Lutetiam F  
Parisiorum, Domino ducente, pervenit. Verum  
is, qui a Dionysio Arelate in Hispaniam missus  
fuerit, ab aliis, ac imprimis quidem a scriptore,  
qui, quæ supra memoravi, fabulosa Eugenii  
Toletani Acta conscripsit, vocatur Eugenius; id  
autem ille, qui ita, idem ut facerent alii, effe-  
cit, fecisse idecirco videtur, quod, cum Hilduinus  
compositum de Dionysio Areopagita hymnum,  
quem non recitat, Eugenius Toletano adscribat,  
Eugeniusque, martyrio prope Parisios coronatus,  
Romanoque Martyrologio ad xv Novembris diem  
inscriptus, in Galliam cum Dionysio venisse a  
nonnullis memoretur, isthunc propterea Euge-  
niūm cum Eugenio Toletano, per Hilduinum  
memorato, eundem, primumque Toletanorum,  
qui a Sancto nostro in Hispaniam missus fuerit,  
existimat, Actis etiam idcirco, quæ huic opinioni suæ (nostræ tamen Operis tom. 2 Octobris pag. 237, num. 70 etiam con-  
sule) essent accommodata, conscriptis Eugenioque  
illi affectis. Porro ex eo, quod alii quidem Evan-  
gelii præconem, qui a Dionysio in Hispaniam

104 missus

A. ANONYMO.

missus fuerit, Marcellum, alii vero Eugenium e  
jam dictis appellant, factum esse, autumo, ut et  
Comment. prævnum. 150 laudatus Marcus Fla-  
vius Dexter et posteriorum temporum impostores,  
qui post scripta Latina Sancti nostri Acta, hau-  
stam ex his Metrodorianam ejusdem Passionem,  
aflectaque Eugenio Toletano Vitam floruerunt,  
spuriaque sub Luitprandi, Lucii Flavii Dextri,  
aliorumque nomine monumenta ediderunt, eum-  
dem Evangelii, qui a Dionysio in Hispanias  
missus fuerit, præconem, Marcellum simul et  
Eugenium eum appellando, fecerint binominem,  
ila fortassis efficerent volentes, ut eos, a quibus  
sacer ille præce vocabatur Eugenius, in concor-  
diam adducerent cum eis, a quibus Marcelli no-  
mine distinguebatur.

*S. Dionysii Parisiensis Passio, a Bosqueto*

*edita atque a nobis Commentario de hoc Sancto*  
*infra subienda, præmissis nonnullis, que Prolo-*

*gi quodammodo loco haberi queunt, sic habet :*

*Sanctus igitur Dionysius, qui, ut ferunt, a suc-*

*cessoribus Apostolorum verbi divini semina gen-*

*tibus eroganda suscepereat, quo amplius gentili-*

*tatis fervore cognovit errorem, illuc intrepidus et*

*B calore fidei inflammatus accessit, Parisios, Domino*

*ducente, pervenit, non veritus incredulus gentis*

*expetere feritatem, quia virtutem suam præterita-*

*rum poemarum recordatio roborabat, et, qui merue-*

*rat esse confessor, non cunctatus est auctoribus \**

*populis accedere prædictos; cum autem hæc*

*periodus cum Actorum, que edimus, periodo*

*hic occurrente non tantum quantum ad substan-*

*tiā fere, sed etiam quantum ad nulla, quibus*

*hæc exponit, verba conveniat, idque ipsum, uti*

*quisque, qui Acta isthæcum Passione, a Bosqueto*

*edita, contulerit, facile agnoscat, nonnullis adhuc*

*aliis locis contingat, id certe, Bosquetianam*

*Dionysii Parisiensis Passionem, que Actis eden-*

*dis, uti infra, cum de hoc Sancto agam, ostensu-*

*rus sum, videtur antiquior, dictorum Actorum*

*auctori præluxisse, argumento est, uti etiam hunc*

*ex illa non pauca eorum, que de Dionysio memo-*

*rat, accepisse.*

*m Codex noster O Ms. 19 et apographum Au-*

*domaropolitanum habent trapezatarum, id est,*

*nummulariorum seu mensariorum, qui ita a*

*dinumeranda in mensa pecunia dicuntur, hicque*

*ab Actorum auctore. nomenclatione a Graeca, que*

*idem, quod Latine nummularius seu mensarius,*

*C significat, voce τραπέζιτης accepta, Trapezeta nun-*

*cupantur.*

*n Galba quidem, Otho, Vitellius, Vespasianus*

*et Titus Romanum imperium, priusquam id Do-*

*mitianus moderandum accepérunt, a Neronis, qui*

*primus et Romanis imperatoribus Christianos per-*

*secutus est, obiū occuparunt; verum illi Chi-*

*ristianos persecuti non sunt, hincque Domitianus,*

*qui in Christianos quam maxime senviū, secun-*

*dam in hosce persecutionem suscitasse ab Acto-*

*rum auctore hic asservitur.*

*o Fama Dionysii, longe lateque ex Evangelii*

*prædicatione per Gallias dispersa, ad Domitiani*

*palatium seu aulam pervenisse in Metrodorianam*

*Sancti Passione non dicitur; verum nec hinc,*

*nec ex aliis minoris momenti nonnullis, in quibus*

*Passio isthæc a Latinis Dionysii Actis differt,*

*consecrarium est, ut ex hisce illa per interpreta-*

*tionem non promanaret. Commentarium præviu-*

*num. 70 et seq. videsis.*

*p Domitianum solius Dionysii comprehenden-*

*di causa apparitores, ut fecisse hic indicatur,*

*in Galliam fuisse missurum, verosimile haud D*

*apparet.*

*q Quo tempore Dionysius, Rusticus et Eleu-*

*therius martyrio fuerunt affecti, archidiaconi no-*

*men in Ecclesia adhuc erat ignotum. In codice*

*nostro O Ms. 17 Eleutherius dumtaxat vocatur*

*diaconus.*

*r In codicibus nostris P Ms. 155 et O Ms. 19*

*paulo aliter hæc redditur sequentibus hisce ver-*

*bis: Cumque Ecclesia, prædicatorum suorum meriti*

*et ore fundata, quamvis inter turbines procellas-*

*que lictorum, perinde cresceret et augeretur, ipsa*

*etiam Germanie ferox immanitas subacta cordis*

*compunctione colla se jam Christi jugo domita*

*sudisse gaudebat.*

*s In omnibus nostris Mss. exemplaribus vitiosa*

*isthæc constructio occurrit, paucarum dumtaxat*

*vocularum discrimine interveniente.*

*t An Dionysius Sociique ejus martyres, Rus-*

*ticus et Eleutherius in monte fuerint necati, in-*

*fra in Commentario Actis illorum præmittendo*

*examinabitur.*

*u De hoc, quod hic refertur, prodigo censem-*

*dum quid sit, Commentarius, Dionysii et Socio-*

*rum Actis præmittendus, pariter aperiet.*

*x De matrona hic memorata adscriptoque ei*

*facto infra etiam in Commentario mox dicto suis*

*erit fusius loquendi locus; ex eo interim, quod*

*hic paganorum erroribus adhuc fuisse addicta,*

*in Metrodoriana autem Sancti Passione genti-*

*lum terroribus adhuc fuisse correpta dicatur,*

*consecrarium videtur, ut hæc e Latinis, que hic*

*edimus, Actis per interpretationem promanariit,*

*uti in Commentario præv § et 4 fusius expositum*

*ac porro probatum invenies.*

*y Ex hoc Actorum, que edimus, Latinorum*

*loco seu textu, cum loco, qui ei in Metrodo-*

*riana Dionysii Passione respondet, collato, non*

*parum, hanc ex illis per interpretationem pro-*

*manasse, confirmatur, uti ea, que in Commen-*

*tario prævio num. 68 et seqq. disservi, common-*

*strant.*

*z Actorum Latinorum sex, que penes nos*

*exstant, exemplaria ab initio usque ad locum,*

*quo de Dionysii sociorumque martyrum corpo-*

*ribus furto sublatis clanculumque sepultis agi-*

*tur, ubique fere sat recte consonare, indeque*

*exemplar, quod codex noster P MS. 156 exhibet,*

*a quinque exemplaribus reliquis haud parum*

*discrepare, in Commentario prævio num. 71 as-*

*serui; ut autem, quam verum id sit, simulque*

*omnia, in quibus abs hisce illud differat, studio-*

*sus lector ex Actorum, prout e codice nostro Ful-*

*densi Q Ms. 6 hic eduntur, cum iisdem Actis,*

*prout in codice nostro P Ms. 155 existant, colla-*

*tione queat perspicere, exhibutum in hoc Acto-*

*rum exemplar ab eo loco, quo id a quinque exem-*

*plaribus reliquis dissonare incipit, huc transcri-*

*bo. Verba, quibus a loco illo usque ad finem*

*concipitur, hæc sunt: Prædicta itaque mater-fa-*

*milia, cum primum vidit persecutionis tepuisse*

*fervorem; locum, tantorum Martyrum ossa ser-*

*vantem, qua potuit honorificentia una cum sanctis*

*Domini sacerdotibus et fidelium turbis rever-*

*entissime satis aggreditur, et incomparabilem*

*thesaurum, quem diu sibi et posteris profutu-*

*rum servavit, omnibus patenter eadem sacra-*

*tissima die innotuit; qua beatus Dionysius cum*

*sociis suis triumphans agonem expletiv et co-*

*ronam victoriae accipere de manu Domini me-*

*ruit, atque testis Jesu Domini pretiosus sidereum*

*senatum*

A. senatum possedit : ipsumque locum eminentis mausolei edificatione signavit. Sanctorum quoque corporibus digna veneratione sepultis, eorum vestimenta, tunica videlicet, cilicium et caligae Dionysii pretiosi, et casula sancti Rustici archipresbyteri atque dalmatica beati Eleutheri archidiaconi, exceptis portionibus, quae pro reliquis electorum Domini a fideliū de votione sumptae sunt, usque hodie debiti cultus reverentia conservantur. Quorum meritis et precibus eadem venerabilis femina, in nomine sancte Trinitatis ex aqua et Spiritu sancto renata, cuncta, quae habere potuit, Domino Iesu Christo atque ipsis Martyribus tradidit, et sacras excubias apud eorum corpora, quamdiu supervixit, celebrans in bona confessione ac conversatione ad Christi et Sanctorum Martyrum gloriam, ipsis intercedentibus, migrare promeruit. Processu vero temporis multiplicata fidelium numerositate, Christiani, beati Dionysii patrocinii devotissimi, basilicam super pretiosorum Martyrum corpora magno sumptu cultaque eximio construxerunt; ubi cotidie, operante Domino nostro Iesu Christo, merita eorum virtutum probabant monstrari frequentia, interventu eorundem cœcis recipientibus visum, debilibus gressum et surdis auditum. Sed nec illud silentum est, quod a spiritibus immundis vexati, dum ad memoriorum Christi testium tumulos examinandi virtute divina ducuntur, Sanctorum ipsorum cogunt imperio, quo quisque sit Martyrum positus loco, designatis nominibus indicare. Celebrata est autem memoria eorum passio VII Idus Octobris, anno ab Incarnatione Domini XVI, a Passione autem LXIII; atatis vero beatissimi Dionysii circiter XC; imperii quoque Domitiani, crudelissimi cesaris XVI ingruente; regnante autem Domino nostro Iesu Christo, cui est honor et gloria, virtus et imperium cum Patre et Spiritu sancto ab eterno et nunc et sine fine. Ita laudatum Actorum exemplar; abs hoc autem in iis, que verbis jam datis tradit, haud nullum discrepasse exemplar quoddam, quod Hilduino præluxit, facile comperiet, qui cum hisce contulerit ea, quæ hic scriptor in contexta a se Dionysii Vita num. 35 et seq. memoriae prodidit.

**C**a Ecclesiam supra Dionysii sociorumque martyrum corpora, non ab ipsis, qui abs his ad fidem fuerant conversi, Christianis, sed ab aliis, qui serius vixerunt, fuisse exstructam, in Actorum, quod codex noster P. Ms. 155 exhibet, exemplari (adi, quæ ex hoc ad lit. præced. reitavi, verba) asseritur.

**b**b Quis verbis hisce aliusque nonnullis, numerus precedentis contentis, locus in Metrodoriana Dionysii Passione respondeat, itemque quid de illo hujus loco seu textu, quo sese e narratione vetera firmaque antiquitate hausisse, quæ de Dionysio scribit, Metrodorus declarat, censemendum sit, Commentarius prævious num. 77 et binis seq. docet.

**c**c In Passione, Græce a Metrodoro adornata, Dionysii martyrium tam apud Corderium quam apud Lasselium, non septimo Idus, sed septimo Kalendas Octobris signatur; verum cum nullus unquam scriptor seu Græcus seu Latinus, septimo Kalendas Octobris seu XXV Septembbris die passum esse Dionysium, notariit, in dictam Passionem seu potius in hujus, quod Lasselio præluxit, exemplar unice ex amanuensium osci-

tantia vocabulum Kalendas irrepsisse, eique proinde vocabulum Idus, quod primitus in illa a Metrodoro fuerit signatum, substituendum esse, indubilatum apparet. Quod cum ita sit, Dionysiusque adeo secundum Metrodorianam Passionem, non secus ac secundum Fulensem nostrum, e quo Acta Latina hic damus, codicem reliquaque horum penes nos extantia exemplaria MSS., septimo Idus seu nona Octobris die sit passus, id iterum, Metrodorianam Dionysii Passionem e Latinis, que edimus, Actis per interpretationem promanasse, argumento est; quod nimirum, cum Græci prorsus omnes Dionysium Areopagitan tertia Octobris die passum esse notent, verosimilime, imo indubie, hac quoque die Dionysii martyrium Metrodorus consignasset, si, quæ de illo scribit, e Græcis, non e Latinis, Dionysii ac sociorum Martyrum martyrium die nono Octobris constanter signantibus, monumentis hausisset. Haec porro aliaque, ad litt. x et v dicta, modo iis, quæ in Comment. prævio § IV de eodem illo argumento disserui, adjunge, Græcamque Dionysii a Metrodoro adornatam Passionem e Latinis hic a nobis editis Actis per interpretationem promanasse, luculentius adhuc patescat, maxime si hec cum illa a capite ad calcem contuleris. Nec dubito, quin etiam sit futurum, ut, si scriptam Dionysii ab Hilduino Vitam incipiendo ab eo loco, quo Dionysii in Gallias missio narratur, cum præfatis Actis Latinis contuleris, scriptori illi isthæc præluxisse, fatearis. Adi etiam Commentarium præviuum num. 93 et tribus seqq. Ceterum an Dionysius sociique martyres sub Domitiano imperatore, uti hic in Actis Latinis, consentiente etiam Metrodoriana Passione, asseritur, martyrio coronati fuerint, Commentarius, illorum Actis infra præmittendus, appetiet.

AUCTOR  
C. B.

## APPENDIX

## DE SANCTI RELIQUIIS

## CAPUT I.

F

An Dionysii Areopagitæ reliquiæ in Sandionysiano Franciæ monasterio serventur.

**C**um Dionysius, qui Parisii martyrum subiit, corporeque ibidem quiescere aut diu certe quievisse existimatur, a Dionysio Areopagita, uti in Commentario prævio docui, sit distinctus, non quero hic, an Dionysii, qui Parisii occubuit, sed an Dionysii Areopagita, qui Athenis obiit, reliquiæ Parisii, aliunde eo delatae, assertur. Cur id faciam, in causa est scriptum, quod in Vita S. Dionysii Corinthii apud nos tom. I Aprilis pag. 744 et seq. occurrit, quodque sic habet: Anno ab Incarnatione Domini MCCXV, Innocentius sanctæ Romanae Ecclesiae Papa IIII ad Urbem generale Concilium convocavit. Ad hoc concilium convenierunt ex omni natione, que sub caelo est, pastores et Prælati sanctæ Matris Ecclesiæ, Patriarchæ videlicet, archiepiscopi, pontifices

Innocentius  
III Papa, Ro-  
manæ celebrato  
concilio,